nat ubi. Recedit frater cum spiritu sancto et nouum factum
de ueteri, sic factus cum omni mansuetudine re-
spondet. Domina, seruiam et saluem animas nostras.
Suadente igitur sancta uxore, pluribus annis celibem
uitam agentes. eodem die ambo ad dominum mi-
grauerunt. Miranda certe in uiro dei spiritus
prophetici uirtus. qua et membris iam arentibus restitue-
bat uigorem et duris imprimebat cordibus pie-
tatem. quamquam non minus eiusdem spiritus sit stupenda
limpiditas. quo sic futurorum precognoscebat
euentus. ut etiam conscientiarum scrutaretur archa-
na. qui alter helyseus duplicem helye spiritum
assecutus. Nam cum senis uiro cuidam sibi fa-
miliari quedam de uentura finaliter predixisset.
et uir ille petitor de quo supra mentio facta est.
qui descripturus cum eo conferebat aliquando. hoc
audiuisset ab eodem sancto patre dubitando perq-
reret. an hec ipse dixisset que illius uiri relatio-
ne cognouerat. non solum se illa dixisse asse-
ruit. uerum etiam querenti alienum euentum,
ipsum eiusdem prophetando predixit. Ad ut certi cor-
di eius imprimeret. quendam secretum conscientie